Relatio Conferentiæ ex Commisso S^{ræ} R^{æ} M^{tis} D^{ni} N^{ri} Clement^{mi} Die 3tia Junij A^o 172 3tio cum Ill^{mo} Excell^{mo} et R^{ndmo} D^{no} Nuntio Varsaviæ expediti.

D. N: 67.

Post receptum de manibus S^{ræ} R^{æ} M^{tis} D^{ni} N^{ri} Clement^{mi} Resultatum, quod unà cum Ill^{ri}bus et M^{cis} Ministris R^{ni} et M^{tus} ad approbandum S^{ræ} R^{æ} M^{ti} D^{no} N^{ro} Clement^{mo} porreximus, eâdem statim die conveni Ill^{mum} Excell^{mum} et R^{ndmum} D^{num} Nuntium, ut designaret tempus ad conferendum in commissis ex hoc Resultato.

Tandem die 3tiâ præsentis post meridiem circa adventum mej ad Ill^{mum} Excell^{mum} et R^{ndmum} D^{num} Nuntium, et post factas gratulatorias peractæ solenniter die hesternâ Primæ Audientiæ, exposuj; Quod iam tribus vicibus ex mente S^{ræ} R^{æ} M^{tis} D^{ni} N^{ri} Clement^{mi} ac Reipub^{cæ}, Provinciam gerat in deferendis Illi desiderijs publicis, ut ad proponenda et evincenda in Curiâ Romanâ, ac demonstratas in antecessum Propositiones dignetur dare Resolutionem; Insuper demonstravi, quod cùm à tam longo tempore, et ad tot, tantasq́ factas à Nobis Propositiones, Materia Juris Patronatûs finem obtinere non valuit decisionem, proinde reassumendo antiqua Statuta, Constitutiones, Leges Regni, et Pacta Conventa, erat adstricta Respublica, consulendo Indemnitati Juris hujus, Constitutionem hâc de re formare, cum rigore, ut per Ill^{res} et M^{cos} Ministros Status et Belli, eius indilata detur executio. Deindè, quod ob spem tantùm, priùs Revocationis appromissæ Ill^{mi} et R^{ndmi} D^{ni} antecedanej Nuntij relaxata est inhibitio Marschalcalis. Tandem in ulteriori conferentiâ post ultimas Remonstrationes, ob spem Concordati

et mandato Sacrae Regiae Maiestatis Domini Nostri Clementissimi, Milites in Abbatia Koprivnicensi consistentes, revocati; Propter Veri facilitandum Ulterius hocce negotium, cum omnes hi passus ex parte Nostri facti, reciprocam non invenerint, nec hucusque invenirint facilitatem, quam eo tempore Illustrissimus Excellentissimus et Reverendissimus Dominus Nuntius mihi, tum quoque Illustribus et Magnificis Ministris Regni, post instantaneam evacuationem Militum de Abbatia Koprivnicensi appromiserat, spemque fecerat facilitandorum negotiorum; Quo non subsecuto, prout ex ea ratione multum sensibilem ostendisse Sacram Regiam Maiestatem, et Respublica, ita quamvis adhuc dissimulare dignetur Sacra Regia Maiestas Dominus Noster Clementissimus possessionem Abbatiae Koprivnicensis sine Nominatione Regia indebite Usurpatam; tamen si ante Comitia Generalia Regni, non succedet votiva Resolutio, super Puncta a Sacra Regia Maiestate Domino Nostro Clementissimo Illi proposita, et Literis Eiusdem Summo Pontifici insinuata, nec non Eminentissimo Cardinali Protectori recommendata, ut eo citius resolvantur; secus non solum Illustres et Magnifici Ministri obligabuntur ad executionem Constitutionis Grodnensis accedere, sed etiam in futuris Comitiis Regni Generalibus magis adhuc sensibilem se reddet Respublica: Cum post tot passus, expostulationes, et justas remonstrationes nostras, nullum invenimus Respectum in Gratia Summi Pontificis. Et quod magis metuendum: ne eveniant majores irritationes et acclamationes, ac praesertim in libero Statu Ubi cuilibet sentire quae velit, et dicere quod sentiat, licet. ex subsequentibus motivis.

et 1mo. Quod Revocatio ex justis rationibus (: uti erant deductae :) Illustrissimi et Reverendissimi Santini non erat subsecuta.

2do. Quod Legatio cum Obedientia ad Sanctissimum Pontificem in plurimis negotiis, ad facilitandas et sopiendas quaes-

Differentias cum Curia Rnâ, et Statu Ecclesiastico, designata, dilata est ad Ulterius tempus, nec hîc determinant Differentiæ.

3tiô. Quod non tantum Responsoria Illmi et Rndmi Nuntij Santinj, Literæ eius particulares et præsertim Literæ ad Amicum ver maximè irritabant et commovebant Tranquillitatem publicam, sed etiam et in Brevibus Sanctissimi Pontificis, Acriori Calamo Leges et Consilia circumscripta.

4tô. Quod ad tot repræsentationes Nostras debita Veneratione, omniq respectu Sedi Sedi im positas, Ubi necessaria erant temperam[illegible] interveniencium difficultatum, ibi adhuc [illegible] nabant Excommunicationem Senti [illegible] tam quæ sicut æquâ Lance novit Observanti[illegible] et Venerationem Sedis tueri, ita etiam et [illegible] suas, authoritatemq et Dignitatem Reipubl[illegible] manutenere; Quare obligationis Nostræ e[illegible] quibus hoc negotium peragendum est commi[illegible] fidelem Reipublicæ dare Relationem.

Proindè et Ulteriores Consequentias non m[illegible] subsequentibus Comitijs Generalibus Rnj expe[illegible] sed et futuras. Concludendo, quod pro [illegible] tam Curiæ Romanæ, quàm et Reipublicæ, Regionis, quàm Religionis summè opus Ut tempestivè abinvicem communicata et sensus, in ordine ad finale Concordatum præcedant Comitia Generalia, et ad pera[illegible] da hæc Ut Illmus et Excellmus Dnus Nuntius procuratam habeat Plenipotentiam Siquidem Propositiones in anterius fac[illegible] per Illmum et Excellmum Santini non po[illegible] acceptari, Uti Rationibus deductum sub li[illegible] A. et B.

Duchowne

BIBLIOTEKA KÓRNICKA